



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,  
Bibliothecis, et aliunde**

**Sweerts, Pierre François**

**Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.**

Spirensia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

## IBIDEM.

Aedificandi omnis ratio à necessitate primùm  
orta est, eam pòst aluit commoditas, & honesta uit  
vicius, vltimum fuit, vt voluptati quoque non nihil  
indulgeretur.

## EXTRA

*Mors certa est, incerta dies, hora agnita nulli,  
Extremam quare quamlibet esse puta.*

## MOGVNTINA.

AD D. FRANCISCI ANTE SVM-  
MAM ARAM.

*Q*ui sacra Christigenis p̄debat sc̄nore multo,  
Talis IOANNES stabat eraiq̄ FERVS.  
*Trifidis dextra pingi mens Enthea nescit:  
Illa sed inscriptis conspicienda venit.*  
Obijt anno Christi M. D. LXII.

## IN S. MARTINI.

*Præful factus Comes EYSENBVRG DIET-  
HERVS,*

*Moguntinam arcem struxerat atq̄, scholam  
hic voluit tumulo corpus condi miserandum,  
Cuius aethereis dans animamq̄, Deo.  
Obijt anno M. CCCC. LXXXIII. VII. Maij.*

## SPIRENSIA.

IN SVMMO TEMPLO.

*Hic hic, Pater hic, Auis hic, Proavis iacet isthic,  
hic Proavis coniunx, hic Henrici senioris.*

Dd 4

CON-

CONRADVS II. Imp. Obijt an. 1039. ii. Non.  
Iulij.

GISELA Imperatrix obijt xv. Kal. Martij.

HENRICVS III. NIGER, Obijt an. 1056. iiii.  
Non. Octob.

HENRICVS IV. SENIOR, Obijt vii. Aug. An-  
no 1106.

BERTHA Imperatrix obijt vi. Kal. Ianuar.

HENRICVS V. IUNIOR obijt v. Kalen. Maij, an-  
no 1125.

## IBIDEM.

*Famosi Reges, clari Comitesq; Ducesq;*

*Et Reginarum nobilis vsq; phalanx:*

*Hoc in magnifico dum stabunt secula templo,*

*Vestrarum laudum fama perennis erit.*

*Quippe domo nostra cui munerata magna dedisti,*

*Haud frustra placuit corpora vestra regi.*

*Sperastis precibus animas quandoq; leuari,*

*Hic facilem ad superos spes erat esse viam.*

*Vivite felices aeterna laude sepulti.*

*Quorum animas caelum, corpora terra tenet.*

## IBIDEM.

Reuerend. ac illustri Principi ac Domino D.  
GEORGIO Episcopo Spiren. ac Comiti Palatino  
Rheni, Ducique Bauariae, admiranda clementia,  
prudentia & pietate vndiq; conspicuo: ac demum  
flagrante Anglico sudore, immatura morte defun-  
cto, eius in Episcopatu successor PHILIPPVS à  
FLERSHEIM, hoc monumentum cōstituit. Obijt  
anno salut. M. D. XXIX. die XXVII. Sept. qui eter-  
na luce fruatur.

IN MONASTERIO VALLIS VTRINAE.  
FRIDERICI SPIRENSIVM PRAE-  
sulis.

Epitaphium ridiculosum, & satis felix pro illo æuo.  
Continet hac fossa, FRIDERICI Praesulis ossa,  
Quondam Spirensis, Deus illum pascere mensis  
Celi digneris: epulis quoq; iungere veris.  
Anno milleno tricentenog; secundo,  
Atq; Kalen. quinto Februi datur is pius antro.

MISNICA.

Conditur hoc saxo, cui mortem Dresda, se-  
pulcrum  
Misna dat, † HENRICVS † Friderici II. Ele-  
principe stirpe satus. Etorum filius.  
Tollitur in calum, teneris extinctus ab annis,  
Tristitia hic matris prima dolentis erat.  
Mortali quicquid de semine nascitur, illud  
Mortali pariter conditione perit.  
Obijt anno ætatis XII. xi. Kal. August. M. CCCC.  
XXXIII.

ALIUD.

Dignus † Alexandri qui nomine posset haberi, † al-  
ter filius Friderici II. Electoris.  
Heurapitur manibus mors violenta tuis.  
Talis erat facie, forma, virtute, vigore,  
Maiorem ingenio ferret vt ore decus.  
Sæpè cadit crescens laesis radicibus arbor,  
Dd s Virtus